



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Aspachense monasterium, vulgò Aspach, in Bauaria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

CAPVT LXXXVII.

*Anhusium corruptè & vulgò Anhusium in
d. Augustana.*

Distat hoc monasterium quarto millia-
ri ab Vlma Sueuorum metropoli, &
constructum est in honorem S. Martini
Episcopi à *Manogoldo* Comite Palatino Tu-
bingensi eiusque filijs, *Gualtero* Episcopo Au-
gustano, *Mangoldo*, *Adalberto* & *Vdalrico* Co-
mitibus, sub annum Christi 1125. vt tradit
Gaspar Bruschius in Chronologia monaste-
riorum Germaniæ.

1125.

Est & Anhusium cœnobium monachorum
Ordinis Benedictini in Marchionatu Brande-
burgensi fundatum anno Christi 958. in d.
Aureatensi, ab *Ernesto* Comite de alto Tru-
hendingen eiusque Sororio *Hartmanno* Baro-
ne de Lodenburg.

958.

ASPACHENSE monasterium, vulgò
Aspach, in Bauaria.

Est istud cœnobium fundatum à *Christia-*
na, vidua *Geroldi* Comitis, consecratum
ab *Ottone*, Episcopo Babenbergensi anno
1127. Auentinus in Annalibus suis ponit, *Ge-*
roldum & *Christinam* coniugem prætorium
suum Benedictinis tradidisse. Pertinebat au-
tem hoc monasterium iure Aduocatiæ, ad di-
tionem

1127.

tionem

tionem *Fraunstam & Ering*, quæ olim ad Ecclesiam Bambergensem spectabant. Vnde superioribus annis, tempore Vvillielmi & Ludouici, Ducum Bauariæ, Episcopi Bambergenses prætendebant nescio quæ iura ad istud monasterium, volebantque Prælatos iura temporalia & Episcopis in feudum recipere annuamque pensionem soluere. Sed renuebant Princepes, & sub sua ditione ac protectione sicut ipsorum antecessores, retinuerunt. Ita Huedius.

CAPVT LXXXVIII.

S. ODOLPHI STAVRIENSE

Monasterium, in Frisia Occidentali.

Vita S. Odulphi existat apud Surium

Ta. 3. Iunij 12.

An. 830.

Coenobium istud institutionem suam debet B. Odulpho presbytero, Orscoti in Campania Brabantica nato; qui cum esset Canonicus Ultraiectensis, in S. Saluatoris basilica, à B. Frederico, eius vrbs Episcopo, apud Frisios prædicante, circa annum Christi octingentesimum tricesimum, in Frisiam, ad hæresim Arianam, quâ tunc ea provincia laborabat, extinguendam, & Catholicam religionem propagandam, est euocatus. Itaque B. Fredericus ad suos rediens Stauriensem Odulpho Ecclesiam gubernandam commisit, qui ea in vrbe, tum celeberrimo Frisiæ emporio, in sine clericorum, seu Canonico-
rum coenobium instituit. Canonico-
rum, in-
quam,